



**Crudelitatis Caluinianae exempla duo recentissima ex Anglia : quorum primum, continet barbarum ac saeuum Calvinianorum edictum recenter editum contra Catholicos: alterum verò, exhibet indignissimam mortem Illustrissimi viri comitis Northumbriae in castro Londinensi occisi mense Iulio huius anni 1585 : praemissa est praefatio ad Principes populosque Catholicos de cladibus quae haeresis infert Rebuspub. cum gratulatione de pace recenter facta in Francia. Adiectum est in fine exemplar quarundam literarum ex Anglia.**

<https://hdl.handle.net/1874/427517>

# CRVDELITATIS CALVINIANAE EX.

EMPLA DVO RECEN-  
TISSIMA EX  
ANGLIA.

Quorum primum, continet barbarum ac sæuum  
Caluinianorum edictum recenter editum con-  
tra Catholicos: alterum verò, exhibet indignif-  
simam mortem Illustrissimi viri comitis Nor-  
thumbriæ in castro Londinensi occisi mense Iu-  
lio huius Anni. 1585.

Præmissa est præfatio ad Principes populosque Catho-  
licos de cladibus quas hæresis infert Rebus pub.  
cum congratulatione de pace recen-  
ter facta in Gallia.

*Adiectum est in fine exemplar quarundam  
literarum ex Anglia.*

*Matth. 7. v. 16.*

A fructibus eorum cognoscetis eos.



*Anno Domini 1585.*

GRADUATIONIS

UNIVERSITATIS

PARISIENSIS

ANNO DOMINI 1787

IN

ARTIBUS LIBERALIBUS  
ET SCIANTIA  
MAGISTRI  
IN THEOLOGIA  
ET PHILOSOPHIA  
ET IURIS  
ET MEDICINAE  
ET LEGUM  
ET MATHESIM  
ET ASTRONOMIAE  
ET COSMOGRAPHIAE  
ET GEOGRAPHIAE  
ET METEOROLOGIAE  
ET AGRICULTURAE  
ET MENSURARUM  
ET PONDORUM  
ET CAPACITATUM  
ET TEMPERATURARUM  
ET SONSUS  
ET VIBRATIONUM  
ET OPTICAE  
ET ACOUSTICAE  
ET PNEUMATICAE  
ET AERIS  
ET VAPORUM  
ET CALORIS  
ET FRIGORIS  
ET ELECTRICITATIS  
ET MAGNETISMUS  
ET OPTICAE  
ET ACOUSTICAE  
ET PNEUMATICAE  
ET AERIS  
ET VAPORUM  
ET CALORIS  
ET FRIGORIS  
ET ELECTRICITATIS  
ET MAGNETISMUS

IN THEOLOGIA  
ET PHILOSOPHIA  
ET IURIS  
ET MEDICINAE  
ET LEGUM  
ET MATHESIM  
ET ASTRONOMIAE  
ET COSMOGRAPHIAE  
ET GEOGRAPHIAE  
ET METEOROLOGIAE  
ET AGRICULTURAE  
ET MENSURARUM  
ET PONDORUM  
ET CAPACITATUM  
ET TEMPERATURARUM  
ET SONSUS  
ET VIBRATIONUM  
ET OPTICAE  
ET ACOUSTICAE  
ET PNEUMATICAE  
ET AERIS  
ET VAPORUM  
ET CALORIS  
ET FRIGORIS  
ET ELECTRICITATIS  
ET MAGNETISMUS

IN THEOLOGIA  
ET PHILOSOPHIA  
ET IURIS  
ET MEDICINAE  
ET LEGUM  
ET MATHESIM  
ET ASTRONOMIAE  
ET COSMOGRAPHIAE  
ET GEOGRAPHIAE  
ET METEOROLOGIAE  
ET AGRICULTURAE  
ET MENSURARUM  
ET PONDORUM  
ET CAPACITATUM  
ET TEMPERATURARUM  
ET SONSUS  
ET VIBRATIONUM  
ET OPTICAE  
ET ACOUSTICAE  
ET PNEUMATICAE  
ET AERIS  
ET VAPORUM  
ET CALORIS  
ET FRIGORIS  
ET ELECTRICITATIS  
ET MAGNETISMUS

ANNO DOMINI 1787

IN THEOLOGIA  
ET PHILOSOPHIA  
ET IURIS  
ET MEDICINAE  
ET LEGUM  
ET MATHESIM  
ET ASTRONOMIAE  
ET COSMOGRAPHIAE  
ET GEOGRAPHIAE  
ET METEOROLOGIAE  
ET AGRICULTURAE  
ET MENSURARUM  
ET PONDORUM  
ET CAPACITATUM  
ET TEMPERATURARUM  
ET SONSUS  
ET VIBRATIONUM  
ET OPTICAE  
ET ACOUSTICAE  
ET PNEUMATICAE  
ET AERIS  
ET VAPORUM  
ET CALORIS  
ET FRIGORIS  
ET ELECTRICITATIS  
ET MAGNETISMUS



ANNO DOMINI 1787

# AD PRINCIPES POPULOSQUE CA-

THOLICOS DE CLADIBVS ET

exitijs, quæ regnis ac Rebus pub. inducit hæresis,  
ab exemplo ANGLIÆ demonstratio: simul cum  
congratulatione de voluntate iniecta à Deo di-  
ctis Principibus populisque ad tantam pestem ex  
terminandam, præsertim in Gallia.



*N* Beneficijs diuinis, quæ Deo  
optimus maximus tanquã in-  
dulgētissimus pater in filios ef-

Ingens  
dei bene-  
ficiū, in-  
struiale  
no malo.

fundit suos, illud vnum est vel  
inter prima numerandū, quod aliorum pœ-  
nis ac castigationib. eos admonet, quid sibi  
timendum sit, & quid in super faciendum,  
quo similem calamitatem præueniāt, ac an-  
teuertant. Hoc expressit Propheta sanctus  
Ezechiel. parabola illa per insigni duarum

Ezec. 23.

*Sororum Oollæ & Oolibæ. quarū prio-  
ris castigatio ad posterioris instructionem  
proposita fuit, hoc est, Samariæ calamitas  
& deuastatio, ad vtilitatem Iudæ à clemē-  
tissimo Domino dirigebatur. Hoc ipsū ego  
A 2 existis*

PRAE AD PRINCIPES.

existimarem fieri his nostris temporibus, ab  
 eadē illa immēsa Dei bonitate, erga respub.  
 & principes Catholicos, quos aliorum ma-  
 lis, qui sectis se implicuerunt, cōmonefacit,  
 quanta & quā excitata diligentia praece-  
 nere sibi suisque regnis ac statibus debeant  
 de vitanda peste tam nefanda & calamito-  
 sa. Taceantur vulnera, quæ cæteræ Prouin-  
 ciæ, Germaniæ, Belgij, Daniæ, Suetiæ,  
 aliorumque statuum ditiones acceperūt. (In  
 quibus tamen illud vnum est omnium oculis  
 euidentissimum maximeque dolendū, quod  
 diuturnis dissentionibus ac disputationibus  
 de fide, omnis ferè sensus & spiritus pietatis  
 recteque viuendi, in quā plurimis hominibus  
 extinctus cernitur.) Vt hæ omnes, inquam,  
 regiones taceantur ac prætereantur, vna An-  
 glia huius rei illustrissimum statui potest ex-  
 emplum: cuius florētissima conditio dum fi-  
 dem catholicam tueretur, vniuerso mundo  
 satis cognita fuit: nunc autem quamuis ad  
 perfectam castigationis suæ mensuram nō  
 dum

Vulnera  
 accepta  
 ab heresi



dum peruenisse existimetur cum peccet in dies grauius: qui que eam gubernant, licet ex arte quadam plagas suas dissimulent, & in anem quandam felicitatis umbram reliquo orbi ostetare cupiant: tamen quam sit verè miserimus illius regni status, nemo hominū est, qui euidentissimè non perspiciat.

Cōditio  
misera  
Angliz.

Ac primum quidem de Catholicis ibidem commorantibus, nihil attinet hīc dicere: ex legibus enim quæ sequuntur, cæterisque omnibus, quæ hoc libello continētur, plus satis apparebit afflictissima illorum conditio. Qui reliqui sunt sectarij, & si dominantur illi quidem, maximis tamen conflctantur miserijs (si verum fateri vellent) & longè maiorum exagitantur timore impendentium. Primo enim dissidium est ingens per vniuersum regnum disseminatum, trium potentissimarum partium: Catholicorū, Protestantium, & Puritanorum. Hi inter se animis ac linguis digladiantur: hi libris indies conscriptis se inuicē confodiūt:

Catholici.

Heretici

Dissidia

hi non solum religione, verumetiam regni  
 successionis praetensione, regendi forma re-  
 giminisque praesentis vel approbatione vel  
 improbatione, alijsque factionibus grauissia-  
 me dissentiunt. Hinc est quod ij qui governa-  
 cula tenent, nec sibi nec alijs (iusto Dei ius-  
 terrores dicio) satisfacere possunt. Intus forisque sus-  
 specta, dubia, ac formidolosa omnia. Sina-  
 vis in aliqua parte Oceani compareat, ven-  
 turam statim contra Angliam existimant.  
 Si motus aliquis in Gallia, Belgio, His-  
 pania vel etiā lōgius per exploratores suos  
 nunciatur, in Angliam illum comparari  
 suspicantur. Ita homines timidi & malè si-  
 bi conscijs, quod omnium principum regna  
 ac ditiones infestarent, ab omnibus vindic-  
 tam timere coguntur. Verissimè enim dis-  
 Iob. 9. ctum est à quodam: Quis restitit Deo, &  
 pacem habuit?

Hinc iam sequuntur reliqua, quorum  
 hoc in libello fit mentio ac narratio. Clau-  
 ditur tota Anglia tanquam carcer, & lege  
 cauetur

cauetur, ne quisquam exeat, etiam puer vel <sup>Cautio:</sup>  
 famulus, sine speciali Reginae licētia in scri- <sup>nes mi.</sup>  
 ptis habita. Deinde in omnibus portibus <sup>scripsit.</sup>  
 constituuntur exploratores, qui omnes ex-  
 euntes ingredientiēsq; minutissimè perscru-  
 tentur, examinent, reuoluant, iurare & pe-  
 ierare compellāt. Si literas quis afferat, pro  
 ditionem existimant sine dubio cōtineri: si  
 sarcinulas, inesse instrumenta ad Regnam  
 occidendam. In qua vna re, tam perditè sunt  
 miseri, vt his vltimis Comitū statutum <sup>Vide c. l.</sup>  
 amplum coacti fuerint condere ne Regina <sup>à</sup> <sup>decreto-</sup>  
 quoquā occidi possit. Cuius vnus statuti cō- <sup>rū in par-</sup>  
 sideratio sola (si nihil aliud esset) satis eui- <sup>lamēto.</sup>  
 denter in omnium hominum oculis consti- <sup>29. Mar.</sup>  
 tuit desperatissimam istorum hæreticorum <sup>1595.</sup>  
 suæq; Reginae conditionem. Quæ tamen se-  
 quuntur in hoc libello, aliquanto magis rem  
 dilucidant, præsertim illud, quod contra  
 vnumquēque Sacerdotē, simpliciter & apo-  
 stolicè ad eos ingredientem tanquam aduer-  
 sus integrum exercitum scēuissimorum edi-



Tyranni  
ca & bar  
bara.

Et orū fulmine se muniūt. Deinde verò quòd  
præcipuos ex nobilitate Principesque viros  
abs se fugientes, retrahere ex fuga, carceri  
busque mandare: alios verò domi vel custo-  
dijs sepire, ne fugiant, vel clam occidere, ne  
populum offendant, aliāq; similia cogantur  
facere, quæ nō nisi in perditissimo rerum sta-  
tu, & à perditissimis fieri solent.

Cur Deus  
excitavit  
Principes  
ad hęc  
resim ex  
terminā  
dam.

Quibus omnibus perspectis ac considera-  
tis, adiuncto etiam, quod hæc omnia ferita-  
tis monstra, tam in Anglia, quam alibi, ex  
sola hæresi paulatim progressa sint: non mi-  
rum, si Deus benignissimus sui populi com-  
miseratione ac precibus commotus, instilla-  
uerit animis Catholicorum Principum, desi-  
derium quoddam acrius & vehementius,  
ad regna ditionesque suas ab hac infesta ac  
pestilentissima lue perpurgandas: maximè  
verò potentissimo ac Christianissimo Gal-  
liarum Regi, cum ingenti totius orbis Chri-  
stiani exultatione hunc animum dedit. Qui  
etsi & natura sua ad bonitatem propensissi-  
ma,

ma, & educatione pietatisq; zelo, quem ex Christia  
niss. Gal  
liarum  
rex.  
 amore religionis catholicæ et ex sancta qua  
 dam successione nobilissimæ & Christianiss  
 simæ familie VALESIANÆ semper ha  
 buit, ab hæreticis fuerit per se alienissimus,  
 idq; etiã factis gloriosissimis ostēderit, prius  
 quam ad diadematis sublimitatē peruenis  
 set: tamē postea vel necessitate quadã coacta  
 vel aliorum consilijs inducta, vel secreta for  
 tasse Dei providētia atq; dispensatione qua  
 dam permissa, sua Maiestas ad tempus eos  
 pertulit, non sine maximo tam suorū subdi  
 torum, quam reliquorū totius orbis Catholi  
 corum dolore qui assiduis precibus à diuina  
 bonitate efflagitabant, vt immutaret ali  
 quando hanc suæ Maiestatis voluntatē ani  
 mumq; daret acrem ad Ecclesiæ suæ cau  
 sam aduersus hostes ac latrones propugnan  
 dam: animum (inquam) zeli plenum robu  
 stumq; ac ad Christi iniurias impatientem  
 ne sua lenitate ac conuiuētia tam multa ani  
 marum millia quotidie perirent.

Pax Gal-  
lica, in  
heretico  
ru bellū.

Egd. 7.

Hoc ardentè petijt Christianus populus  
ad aliquot iam annos, & hoc tandem vide-  
tur concessisse clementissimus Dominus pe-  
tenti suo populo: nec enim tam subita concor-  
dia & inopinata animorum conspiratio in-  
ter tuam Maiestatem suosque Principes, po-  
pulosque Catholicos, quā nuper Respub. Chri-  
stiana exultanter audiuit, fieri potuisset un-  
quam ad extirpandam hæresim, nisi dextræ  
Dei potentia interuenisset, quæ sola facit  
mirabilia. Dicamus ergo & nos cum san-  
cto illo: Benedictus Dominus Deus pæ-  
trum nostrorū, qui dedit hanc volun-  
tatem in cor Regis. Hoc est insigne teo-  
stimonium diuinæ erga nos clementiæ, &  
singularis suæ Maiestatis erga Deum pieta-  
tis. Hoc est factum, æternæ memoriæ conse-  
crandum, & infinitis gratijs laudibusque  
prosequendum. Pertinet enim cum ad totius  
Christiani orbis vtilitatem, tum ad regni  
Galliæ conseruationem perpetuā. Dignū  
fuit ergo hoc factum HENRICO Chri-  
stianæ



Christianissimo Galliarum Rege: dignū fuit suo nomine, suo loco, sua familia, sua pietate, semetipso denique, & suis antecedentibus præclarissimis reb. gestis pro Ecclesia. Nec dubito quin ex hoc vno facto propositoque sanctissimo si executioni mādetur, sua Maiestas & regnis suis securitatem, subditisq. pacem ac tranquillitatem constituet, & sibi ipsi immortalem apud omnes Christianos gloriam, & coronam apud Deum immarcescibilem acquirat.

Quantum verò vniuersi sui populi beneuolentiā hoc egregio facto, sua sibi Maiestas excitauerit ac deuinxerit, eo ipso die luculentissime perspici, potuit quo frequenti senatu, astantibus, & assentiētibus, & adhortantibus Senatoribus omnibus, edictū illud odio sissimum pacificationis inite cum hereticis, reuocatū, exauthoratum ac deletū fuit. Hoc enim die, dierum omnium qui à multis sæculis illuxerūt, Gallia celeberrimo letissimoq. vniuersus ferè Parisiensis populus, à quo

Reuocatio edicti pacificationis p. regē Galliz.



PRAE. AD PRINCIPES.

à quo cæteri plerique totius Gallie dependen-  
 dent, incredibili gaudio tanquam æstro quo-  
 dam diuino percitus ac concitatus, ad pala-  
 tium cucurrit publicū, suamque Maiestatem  
 inusitato quodam genere exultationis acce-  
 pit, insolitisque vocibus & acclamationibus  
 ad ædem sacram primò, deinde domū vsque  
 redeuntem, per omnes vias publicas prosecu-  
 tus est. Quo singulari honore significare  
 voluit Christianissimus Catholicissimusque  
 populus, eo die verè se regem suum Chri-  
 stianissimum agnouisse, omniumque glorios-  
 sissimorum regum ac maiorum suorum spi-  
 ritum, Clodouæorum nimirum, Caro-  
 lorum, Lodouicorum, cæterorumque qui  
 præclarissima pro Ecclesia gesserunt, in vno  
 Christianissimo HENRICO reuixisse.

Atque vt ex hac recenti sanctissimæ vo-  
 luntatis significatione, in Christianissimo po-  
 tentissimoque Galliarum rege, qui pectus  
 quasi Christiani orbis possidet, Christianus  
 populus ineffabile gaudium letitiamque in-  
 explia

explicabilem percipit: ita non minori con-  
 solatione sustētatur, gaudioque perfunditur  
 cum in memoriam reuocat antiquum &  
 iam plurimis annis cognitum ac perspectum  
 Catholici Hispaniarum regis constantissi-  
 mum in hac causa zelum, qui cū velut bra-  
 chia & artus reipub. Christianæ longissime  
 latissimeque patentes, monarchia quadā in  
 genti complectatur, nulla tamen eorum in  
 parte, passus est vnquam hereticos consiste-  
 re. Sed maximis licet sumptib. ac difficulta-  
 tibus vbique semper eiecit, expulit atq̄ eli-  
 minauit, vt Christi Ecclesiam tutelæ suæ  
 patrociniōque commissam, tanquam fidelis  
 custos, patronus ac pater, sartam-TECTAM in-  
 uiolatamque ab omni periculo inquinamēti  
 conseruaret. In quo illud vnum sempiterna  
 quoque laude & seculorum omnium memo-  
 ria & admiratione dignissimum est, quod  
 cum vndique ab hereticis impugnaretur, &  
 plurimis alijs difficultatibus, ratione tempo-  
 rum & imperiorum suorum multitudine ac  
 magni-

PRAE AD PRINCIPES

magnitudine Rex optimus vrgeretur, ex quibus omnibus liberari posse videbatur, ex vnica sola conditione libertatis haereticae, Belgis concedenda: Rex verè Catholicus considerans illud se nomen ab Ecclesia, regnūque ab Ecclesiae sponso accepisse, vt fidei Catholicae dominatū tueretur; noluit deesse se vel nomini vel loco suo, sed potius vniuersa sua regna in periculū quoduis humanum permittere, quam Dei causam sibi commens datam, vel deserendo, vel conuiuendo infirmiore reddere. Quo praecclarissimo facto suo verissime se regem Catholicum, verissime se patrem Christianae patriae praebuit: & omnis posteritas hoc de facto sempiternas ei debet gratias. Nisi enim ille vnus Christianorum principum hoc praestitisset, & inuictum animum & inflexibilem pro Ecclesiae defensione induisset, pessime nunc ageretur cum Repub. Christiana: & maiores fortasse radices haeresis impia accepisset quam aliquot deinde saecula extirpare potuissent.



tuissent. Hanc ergo sanctissimam Regis  
maximi voluntatem, temporibus nostris sum-  
mè necessariam, & dominus dedit, & illu-  
strissimis postea victorijs contra hæreticos  
honoravit, & æternis denique præmijs in  
cælo remunerabit.

Ergo cum hanc eximiam voluntatum  
unionem, propositorumq; consensionem in  
duobus maximis Monarchis potētissimisq;  
totius orbis Principibus, Christianus popu-  
lus videat, quidni letetur, & ingenti con-  
gratulatione, exultet? Quidni speret aliquā-  
do fieri posse ut hi duo præclarissimi Chri-  
stiani gregis arietes, coniunctis cornibus,  
vniuersos lupos ex ouili Christi propellant?  
maximè verò communis pastoris adiuti  
baculo, qui vtrumque moderabitur, & in  
pugna confirmabit. Ad quam rem videri  
possit benignissimus Deus pastorem nouum  
de industria ad eam dignitatem receter eue-  
xisse, qui cōsideratis præsentis temporis ne-  
cessitatibus maximis, & duorum præde-  
cesso

Sixtus  
Pōt. Ma-  
ximus.



PRAE. AD PRINCIPES

cessorum præclarissimis conatibus, horumque  
 Monarcharum sanctissimis voluntatibus,  
 omnes suas cogitationes curasque hoc initio  
 pastoratus sui in id vnum intendat, vt ho-  
 rum potentissimorum Principum auxilijs,  
 Ecclesiam Christi ab hæreticis purget.

Bonæ præ-  
 sagitio-  
 nes de no-  
 vo Pon-  
 tifice.

Atque hoc de illo sperare atque expecta-  
 re non pauca nos iubent. Primum quidem  
 insignis illa eruditio, morumque sanctitas,  
 animi etiã magnitudo, zelusque singularis,  
 ob quæ Sanctissimus Pontifex Pius quin-  
 tus, hunc, religiosam vitam agentem, in Illu-  
 strissimorum Cardinalium collegiũ coapta-  
 uit. Quem excellentissimum Pontificem cū  
 hic ad imitandum proposuisse sibi videatur,  
 non potest illud gloriosissimum eius factũ  
 ante oculos semper non habere, quo ille vni-  
 tis coniunctisque Christianorum Principum  
 copijs, Turcarũ vires sic imminuit; vt exin-  
 de vix vnquam cōsistere potuerint. Deinde  
 etiam illud ipsum nobis promittere videtur  
 eximia illa pietatis significatio, qua statim  
 ad

ad Cathedram Apostolicam euectus, literas  
 pijsimas in vniuersum orbem Christianum  
 emisit quibus omnium Catholicorum præ-  
 ces ac charitatis opera humillimè petijt, ad  
 obtinendum ei gratiam lumenque à Domi-  
 no, viresque diuinas, quibus officij sui oneri  
 par esse possit, nomniatim verò, ad infringē-  
 dos hereticorum ac infidelium conatus. Sed  
 supra omnes alias præsumptiones lætasque  
 hominum præsagitiones de hoc Pontifice, il-  
 lud vnum maximè omnium animis in hæret  
 ac spe quadam certa replet futurorum bono-  
 rû, quod fœmina illa sanctissima Vliisipo-  
 nensis, cuius hodie tam euidentia cernuntur  
 miracula, ac per vniuersum mundum testi-  
 monijs certissimis confirmantur, multis die-  
 bus priusquã moreretur, aut ægrotaret Gre-  
 gorius decimustertius, prædixit illius  
 mortē, reuelatã sibi à Domino, alteriusque  
 successionem, in cuius pōtificatu, sua diuina  
 Maiestas constituisse dicebat, magna quæ-  
 dam facere ad suum honorē, Ecclesiæque vti-  
 lita-

PRAE AD PRINCIPES.

Vide litem. Hæc prædixit, Dei famula, remque  
 ras. R. P. totam aperuit reuerendo suo superiori ac  
 Antõ. de cerda scri Provinciali Antonio de Cerda (est enim hæc  
 ptas VII sibi sancta femina, Præposita domus cuiusdam  
 sibi 30 Martij, religiosarũ, ordinis S. Dominici,) & ille li-  
 & postea teris eadẽ testificatus est Vlißiponi scriptis,  
 impres- decem dies antequã Romæ Gregorius aegro  
 fas Ro. tare cœpisset, vt ex eisdem Romæ impressis  
 ma. manifestissimè apparet.

Quis ergo Catholicus non optimè speret,  
 cum tot & tanta diuinæ erga nos bonitatis  
 indicia, tam multiplices coniecturas, vicinæ  
 Dei misericordiæ prænuncias consideret,  
 maximè verò, cum intueatur inimicos Dei,  
 hostesque Ecclesiæ, ad eam impudentiam  
 ac desperatam quandam insaniam peruenis-  
 se, vt abiecto omni pudore, ac Dei homi-  
 numque respectu, talia statuant, decernant;  
 & exerceant in Catholicos, quæ diuinam  
 Maiestatem vel nolentem (vt ita dicam)  
 excitare ad iracundiam, & vindictam quo-  
 dammodo extorquere necesse est? Nulla  
 enim

despera-  
 ta hereti-  
 coru im-  
 puæctia,



enim iniquitas magis perrumpit longanimitatem Dei patientiam, quam sceleritia & crudelitas, & facinorosorum hominum in Dei seruos immanitas. Quo in genere flagitij cum nostri tēporis heretici præ ceteris omnibus semper fuerint insignes, certissimum est diuinam iustitiam eos diu non passuram impunitos, præsertim in Anglia, vbi magis furenter, quam vlllo alio in loco, hæc impia nequitia tyrānidem suam exercet, vt ex ijs quæ consequuntur, manifestissimè conspicietur.

Rogemus ergo Deum & patrem Domini nostri Iesu Christi, vt causam suam respiciat, vt Ecclesiæ subueniat, eiusque impugnatores vel conuertat, vel euertat, vt vniuersali Pastori, suoque in terris vicario, cæterisque principibus Christianis, quibus vineæ suæ tutelam commisit, animos acres, vigilesque & excitatos inspiret, quibus ad hanc vineam defendendam, conseruandam ac perpurgandam incalescant. Vniuerso denique

Petitio  
ad Deū.



PRAE. AD PRINCIPES.

que Christiano Catholicoque populo talem  
sui nominis zelum, tantumque diuinarum  
rerum sensum, feruorem, atque lumen imper-  
tiat, vt alienis malis edocti, diligentius inui-  
gilent ad vitandas haereses, & ad fidei Ca-  
tholicae conseruationem, in qua vna totius  
Reip. Christianae bonum, & omnia  
um hominum salus atque  
foelicitas, conti-  
netur.

EXEM



EXEMPLAR LEGIS CRUDELISSIMAE,  
CONTRA SACERDOTES ET  
OMNES ECCLESIASTICOS ALIOS-  
que Catholicos, conscriptæ in comitijs Parla-  
mentalibus Angliæ, mense Martio, Anno  
Domini 1585. regni verò  
Elizabethæ 27.

*Legis titulus.*

ACTVS SEV STATVTVM CONTRA  
IESVITAS & SACERDOTES & Seminarijs  
prodeuntes, & contra alias consimiles personas  
inobedientes. Chap. 2.

*Præfatio.*

Totius legis fundamentum manifestis mendacijs  
nitens. Vide annot. sequentem.

**C**UM variæ personæ, Iesuitæ nuncupati  
vel professi, sacerdotes etiam Seminari-  
stæ, alijque Presbyteri in partibus vl-  
tramarinis creati ac ordinati, iuxta formam ac  
ritus Ecclesiæ Romanæ, in hoc Angliæ regnum, a-  
liæque regni Maiestatis dominia à paucis annis  
venerint, ac missi fuerint, quotidieque veniant  
ac mittantur, ea intentione (quod satis † confi-  
tit tam ex varijs ipsorum examinationibus &  
confessionibus, quam ex multis alijs medijs &  
probationibus manifestis) non solum vt Maie-

† Hoc impu-  
dentissime  
affirmatur,  
cum nullis  
adhuc tormen-  
tis vel ynam  
syllabam ca-  
lis confessio-  
nis aut pro-  
bationis ex-  
torquere po-  
tuerint.

ab no 1559  
puph...  
no 85...

STATVTVM CALVINIANVM

Statis suæ subditos ab obedientia debita auer-  
tant, sed etiam ad concitandam seditionem, ac  
rebellionem, & apertam hostilitatem infra suæ  
Maieſtatis regna, ad magnum periculum secu-  
ritatis Maieſtatis suæ, personæ regalissimæ, sed  
ad totius regni extremam perditionem, desola-  
tionem & subuersionem, nisi per bona quædam  
& opportuna media huic incommodo occur-  
ratur, & malum imminens tempestiuè præue-  
niatur.

DECRETA.

I. *Quod omnes Ecclesiastici Catholici exu-  
lare debent.*

† Simile pla-  
ne decretum  
habes Hune-  
rici tyranni  
Ariani, de e-  
ijciendis Ec-  
clesiasticis  
Catholicis  
ex Africa, apud  
Vid. velle lib. 5. de  
perſ. Vandal.

† Hoc adij-  
ciunt cum in  
speciale odiū  
nouorum Sa-  
cerdotū, qui  
dominante  
illorum hæ-  
resi, suborti  
sunt: tā etiā  
ne includan-  
tur nonnulli  
apostorū pseu-  
doepiscopi  
& prælati, q  
ex antiquis  
Monachis &  
Sacerdotibus  
apostatis fa-  
cti fuerunt.

AD HUIVS rei reformationem, statutū sit,  
decretum & stabilitum, Reginae excellentissi-  
mæ maieſtatis autoritate, ac autoritate domi-  
norum tam Ecclesiasticorum, quàm temporali-  
um, populiq; Anglicani in hoc Parlamento con-  
gregati, ac autoritate totius parlamenti, quod  
† omnes & singuli *tesuita, Sacerdotes seminariste,*  
& alij Sacerdotes quicunque creati vel ordi-  
nati extra regnum *Anglia.* aliaque Maieſtatis  
suæ dominia, vel in aliquibus Maieſtatis suæ do-  
minijs ac regnis, ex autoritate & potestate, vel  
iurisdictione à *Sede Romana* deriuata, vendica-  
ta, vel prætenſa, † post festum Natiuitatis *S. Iohannis Baptistæ* anni primi regni dictæ suæ Maie-  
ſtatis, discedent ex eodem regno *Anglia,* omni-  
busque alijs maieſtatis suæ regionibus ac domi-  
nijs, infra quadraginta dies, post finem præſen-  
tis Sessiois Parlamentalis, si ventum, auram, &  
transitū commodū nancisci queāt: vel alioquin  
statim

IN CATHOLICOS ANGLIAE.

statim post dictos quadraginta dies, ubi primum ventus, aura, & transitus haberi possunt.

2. Ecclesiastici manentes in Anglia vel ingredientes post 40. dies rei sunt læsæ Maiestatis.

STATUTUM fit præterea, & decretum auctoritate prædicta, quod posthac non licebit ulli *lesitæ*, Sacerdoti, seminaristæ, aut alicui alteri Sacerdoti, vel Diacono, vel Religioso, vel Ecclesiasticæ personæ cuicumque, quæ infra idem regnum, vel alia suæ Maiestatis dominia nata fuit, & antegresso tempore post dictum festum Natiuitatis S. Iohannis Baptiste, anni primi regni suæ Maiestatis creata, ordinata aut professa fuerit, vel deinceps creari, ordinari, aut profiteri poterit auctoritate aliqua, vel iurisdictione à *se de Romana* deriuata, vendicata, vel prætensa, quocumq; demùm nomine, titulo vel gradu vocentur aut censeantur, non licebit (inquam) huiusmodi cuiquam personæ post supradictos 40. dies elapsos, in aliquam huius regni, aut aliorum Maiestatis suæ dominiorum partem venire, vel in ea esse aut remanere, nisi in illis tantum casibus specialibus, & ex occasionibus illis specialibus, & pro illis tantum temporibus, quorum vel quarum in hoc præsentis statuto expressa mentio fit. Qui aliter fecerit, omnis huiusmodi transgressio pro læsæ Maiestatis crimine habebitur & iudicabitur: & persona quæcumq; taliter transgressa fuerit, propter huiusmodi transgressionem, læsæ Maiestatis rea iudicabitur: patieturq; spoliabitur, atq; mulsetabitur, vt læsæ Maiestatis conuicti solent.

*Nota Juri tracti  
de possessione ubi dicitur  
Sg. de sedar op  
Anglia qd iure  
pau 65*

† Hinc patet totum honorem esse in sede Apostolicam. Sa. n. Sacerdotes consecrati more Græcorum, vel vltio alio ritu schismatico aut sedario ingrederentur Angliam, periculum ex hac lege non incurrerent.



STATVTVM CALVINIANVM

3. Qui Ecclesiasticos recipiunt, plectendi sunt  
homicidarum pœna.

QVICVM QVE autem post elapsos quadraginta dies, & tempus illud abeundi prius constitutum ac limitatum, scienter ac volenter domo receperit, sustentauerit, confortauerit, adiuuerit aut defenderit aliquem huiusmodi *Iesuitam, Seminaristam sacerdotem, aut alium Sacerdotem, vel Diaconum, vel Religiosum, vel Ecclesiasticam personam*, vt supra dictum est, liberè agētē aut extra carcerem constitutum, † cognoscens eum *Iesuitam esse, Sacerdotem seminaristam, aut alium talem Sacerdotem, Diaconum, vel Religiosum, vel Ecclesiasticam personam*, vt supra dictum est: pro huiusmodi offensa condemnabitur *felonia*, perinde ac si furti aut homicidij reus esset, absque vilo clericatus beneficio ad euadendum, hoc est, mortis supplicio, iactura bonorū, ac alijs pœnis mulctabitur, quibus de furto aut homicidio conuicti mulctari solent.

4. Iuuenes laici non redeuntes domum, & fidem  
Catholicam abiurantes, rei sunt læsa  
Maieſtatis.

STATVITVR porrò authoritate prædicta, si subditus aliquis Maieſtatis suæ, non *Iesuita, nec Sacerdos seminarista, aut alius talis Sacerdos, Diaconus, Religiosus, Ecclesiasticus*, (vt supra dictum est) in collegio tamen aliquo *Iesuitarum, vel † in aliquo seminario iam erecto vel constituto, aut posthac erigendo ac constituendo in partibus transmarinis, vel extra hoc regnum in locis*

† S. Albini  
protomartyr  
Angliz pro  
pter recepti  
onem cleri  
ci passus est.  
Beda lib. 2.  
c. 7. Histor.  
Anglorum.

† Hoc dicitur,  
quia in  
his locis tan  
tum Angli  
sunt Sacer  
dotes: ex  
quo patet  
hoc decretū  
eō tendere,  
quò editū  
Hunerici V.  
et ali prohibē  
tis, ne ampli  
us crearen  
tur Sacerdo  
tes Catholi  
ci. In vic. S.  
Fylu. lan. 2.

IN CATHOLICOS ANGLIÆ.

locis externis, vel nunc existens & institutus, vel posthac futurus & instituendus, non redeat in hoc regnum infra sex menses post edictum super hac in re in ciuitate *Londinensi* sub magno sigillo regio publicandum, moxque infra biduum post huiusmodi in *Angliam* reditum, coram Episcopo diocœseos, vel duobus Iusticiarijs pacis eiusdem comitatus, ad quem vel quam appulerit, non se submiserit suæ Maiestati, eiusque legibus, iuramentumque de religione in statuto anni primi regni eiusdem suæ Maiestatis editum, non susceperit, quod tunc, talis quilibet alio modo, quam dictum est, rediens, ingrediens, & existens in hoc regno, vel alijs suæ Maiestatis dominijs, propter huiusmodi offensam reditus, vel existentia in regno, vel in alijs suæ Maiestatis dominijs, absque submissio-  
ne prædicta, iudicabitur quoque vt læsæ Maiestatis reus, patieturque, spoliabitur, atque mulcabitur, vt in causa læsæ Maiestatis.

5. *Qui vllum subsidium præstiterit Catholicis exulibus, amittit bona & libertatem.*

IN SVPER autoritate prædicta statuitur & decernitur, si aliqua persona Maiestati suæ subdita, vilo vnquam tempore post elapsos quadraginta dies prædictos, scienter ac volenter, directè vel indirectè, per viam cambij, aut alia quavis arte, via, aut medio quocunque transfulerit, tradiderit, vel miserit, aut transferri, mitti, vel tradi procurauerit aut effecerit, vltra mare vel extra hoc regnum, vel extra alia Maiestatis suæ dominia, vel territoria, ad aliquas externas par-

STATVTVM CALVINIANVM

† Simile cru-  
delitatem ob-  
ijcit Eusebius  
Vercellen.  
Arianis, q̄  
prohiberet  
Catholicis  
affiliis, ele-  
mosynas au-  
xiliosq; suorū  
in vita Eue.  
epud Sur. mē  
in Augusti.

*in Anglia*

† Quam a-  
trox pœna  
ob elemosy-  
nam forte  
matris in fi-  
liam, aut ve-  
pris in mari-  
tum.

tes, vel alioqui scienter ac volenter concesserit, † dederit, aut contribuerit aliquam pecuniam, aut aliud subsidium alicui *Iesuitæ*, *Sacerdoti seminaristæ*, aut alicui alij *Sacerdoti*, vel *Diacono*, vel *Religioso*, vel *Ecclesiastico* ( vt supra dictum est ) vel in subsidium, aut beneficium alicuius collegij *Iesuitarum*, vel *seminarij* iam erecti ac constituti, aut posthac erigendi & constituendi in vllis partibus *transmarinis*, vel extra hoc regnum in vllis locis *externis*, vel in subsidium alicuius personæ tunc *existentis*, de, vel, in dictis collegijs vel *seminarijs*, & nondum reuersæ in hoc regnū cum submissione in hoc statuto expressa, & in eodem regno *persistentis*: quod tunc quelibet persona sic offendens † incurreret periculum, & pœnam statuti de *Premunire* facti anno 16. regni regis *Richardi secundi*, quæ pœna est, vt perdat omnia bona tam mobilia quàm immobilia, & corpus tradatur ad perpetuos carceres.

6. *Qui dimiserit filium aut famulum extra Angliam, nisi cum speciali Regine licentia in scripto, perdit pro singulis vicibus 333. aureos.*

STATVTVR porrò & decernitur auctoritate prædicta, quod non licebit vlli personæ suæ Maieitati subditæ vlllo tempore post dictos quadraginta dies, durante suæ Maiestatis vitam (quam Deus diutissimè durare velit) suam prolem, vel aliam quampiam personam suo regimini commissam, in vllas partes *transmarinas* extra



IN CATHOLICOS ANGLIÆ.

extra suæ Maiestatis obedientiam ac ditiones mittere, absque speciali licentia suæ Maiestatis, vel quatuor cōsiliariorum priuati suæ Maiestatis concilij sub signata manibus, & in eum finem habita vel obtenta (exceptis mercatoribus, propter eos solummodò, quos ipsi vel aliquis eorū ad partes transmarinas negotiationis suæ tantum causa transmiserint, vel vt tanquam nauæ inseruiant, nec aliter) sub pœna confiscationis centum librarum monetæ Anglicanæ pro quolibet huiusmodi offensa.

7. *Huius crudelissima legis executio in quouis Angliæ Comitatu fieri potest.*

STATVITVR insuper auctoritate prædicta, quòd quælibet huius statuti transgressio examinari, audiri & determinari possit, tam in tribunali, quod vulgariter Bancum regium nuncupatur, in Comitatu quo pro tempore tribunal illud erit, quam etiam in alio quocunque Comitatu infra regnum hoc, vel alia suæ Maiestatis dominia, vbi transgressio ipsa committitur, vel committeretur, vel vbi transgressor apprehendetur & capietur,

8. *Permittitur naucleris exportare Ecclesiasticos in exilium, infra quoddam spatium, & cum quibusdam conditionibus.*

PROVISVM etiam & eadem auctoritate supradicta statutum sit, quòd liceat, licebitque vnicique domino, vel gubernatori nauis aut nauiculæ, quouis tempore infra dictos quadra-



STATVTVM CALVINIANVM

quadraginta dies, vel aliud tempus antea dicta-  
rum personarum abitioni concessum ac limita-  
tum, transuehere in quascunque partes transma-  
rinas, quemuis huiusmodi *Iesuitam, Sacerdotem  
seminaristam*, vel alium *Sacerdotem* prædictū,  
modò idē *Iesuita, Sacerdos seminarista*, vel alius  
quiuis *Sacerdos* prædictus, sic transuehendus,  
tradat Prætori, aut alij cuiuspiam Magistratui illi-  
us oppidi, portus, vel loci quo ad trās fretandū  
venerit, † nomen suum, & quo in loco ordinem  
illum suum, seu gradū acceperit, & quanto tem-  
pore in regno hoc remanserit, vel in alijs suæ  
Majestatis dominijs ac ditionibus.

† Hoc totū  
ad fraudem  
pertinet, vt  
quos vellent  
ex præcipuis  
retinere:  
sicut retinēe  
quos in car-  
ceribus ha-  
bet. Sed laus  
Deo, paucis-  
simi vñ sunt  
hoc priuile-  
gio.

9. *Ecclesiastici omnes qui quouis tempore in cau-  
sis religionis submittere se voluerint regnæ  
legibus, liberantur à pœnis totius  
huius legis.*

PROVISVM sit præterea, quòd hoc statutū,  
vel aliquid in eo comprehensum, non extende-  
tur ad aliquem talem *Iesuitam, Sacerdotem semi-  
naristam*, vel alium *Sacerdotem, Diaconū* vel *Re-  
ligiosum, vel Ecclesiasticum*, vt prædictum est, qui  
aliquo tempore infra dictos quadraginta dies,  
vel infra triduum postquam in hoc regnum, vel  
alia suæ Majestatis dominia posthac venerit,  
† submitserit seipsum alicui Archiepiscopo, vel  
Episcopo huius regni, vel alicui Iustitiario pa-  
cis infra comitatum quo appulerit, moxque ve-  
rè & sincerè coram dicto Archiepiscopo, Epi-  
scopo, vel tali Iustitiario pacis, iuramentum su-  
pra nominatum de religione, quod editum fuit  
anno primo huius Regnæ, acceperit, suæq; ma-  
nus

† Hinc pa-  
ret totum il-  
lum iuramentū  
contra Regi-  
næ personā,  
positum in  
præfatione,  
falsum esse,  
& solū cau-  
sam huius  
barbaræ le-  
gis, religio-  
nis Catholi-  
cæ odium fa-  
cto.

*Instrumētum datus*

IN CATHOLICOS ANGLIAE.

nus scriptione confessus fuerit, & agnouerit, deincepsque confiteri & agnoscere continuauerit, debitam suam obedientiam erga suae Maiestatis leges, statuta, & ordinationes iam latas & ordinatas, seu † in posterum ferendas ac ordinandas in causis ad religionem pertinentibus.

† Animada-  
uerte quam  
sit hoc abser-  
uum.

20. Quod prima nobilitas siue Pares Angliae, per suos aequales, vel ad mortem, vel ad spoliationes ac carceres pro offensis in hanc legem iudicabuntur.

PROVISO semper, quod si contingat aliquando deinceps principem aliquem huius regni, quem Parem vocamus, accusari de aliqua transgressione, quae hoc statuto sit crimen laesae Maiestatis, *felonia*, aut reatus de *Premunire*, quod inuestigatio & determinatio huius principis causae, ad eiusdem ordinis Principes, & ad suos dignitate pares pertinebit, quemadmodum in alijs huiusmodi criminum causis fieri solet.

11.

PROVISO nihilominus, & autoritate praedicta declarato † quod si quis talis *Iesuita*, *Seminarista* sacerdos, vel alius cuius *Sacerdos* praedictus casu aliquo ita debilis aut corpore infirmus fuerit, ut ille, vel illi, infra tempus hinc limitatum, sine euidenti & imminente periculo vitae, emigrare nequeant, hocque innotescat, tam per corporale iusiurandum partis laborantis, † quam per alias idoneas rationes, ipsi Episcopo dioecese sano, & duobus Iustitiarijs pacis infra comitatum, in quo dicta persona vel personae commorantur: quod tunc data obligatione bona, & sufficienti-

† Periculosum  
egrotantibus  
longius tempus  
manere  
permittitur,  
sed cum talibus  
conditionibus,  
ut totus hic paragraphus  
ad fraudem, &  
non ad lenitatem  
compositus sit.

† Iurare debet, & tamen  
ei non creditur,  
nisi aliunde etiam  
probetur.

ficiente securitate, dictæ personæ vel personarum, simul cum fideiussoribus obligatis ad summam ducentarum librarum Anglicanarum ad minimum, quod ille vel illi interea temporis bene & legaliter se gerent erga supremam Dominam nostram Reginam, & erga vniuersum illius populum, quod tunc ille seu illi sic permiffi, & sic vt supra dictum est, facientes, poterunt remanere & persistere in dicto regno sine vllò detrimento vel periculo (quod ille vel illi alioquin per hoc statutum incurrerent) tantisper, dum per dictum Episcopum & Iustitarios, limitatum ac ordinatum fuerit, modò tamen, id tempus dilationis non excedat sex menses ad plurimum, & nemo detrimentum aliquod sustinebit, vel periculum incurret per hoc statutum, ex eo quod sustinet vel recipiat huiusmodi personam vel personas, sic (vt dictum est) permiffas, eo duntaxat tempore durante, quo tales personæ infra regnum consistere permittentur, nõ obstantibus quibuscunque in hoc statuto contentis ad contrarium.

12. *Qui Sacerdotes cognitos non prodiderit, plebetur ad arbitrium Regine.*

STATVTVR præterea autoritate prædicta, quod omnes & singuli huius regni subditi, qui post elapsos quadraginta dies supradictos, cognouerint & intellexerint, vllum huiusmodi *iesuitam*, *sacerdotem seminaristam*, aut alium *sacerdotem* supradictum manere, consistere, vel existere infra hoc regnum, vel infra alia Regine dominia & loca, contra verum sensum & intentum

¶ Hæc legis conuersatio talis & tam captiosa est per Angliæ leges, vt nullis nisi peditissimis tere hominibus inijci solet, nec fideiussores possunt securitatem pro quoquam in eogenere obligationis spondere, sine cuiusdam ipsorum periculo. Vnde vix patet pro filio, in hac obligatione spondere, & multò minus quàm audebit pro Sacerdote Catholico se prodere. Catholici & simul obligare se ad summam 666. aureorum, quæ hic requiritur. Hoc satis cognitum erat huius paragraphi feri proutibus.



IN CATHOLICOS ANGLIAE.

intantum huius statuti, & non † detexerit eundem alicui Iustituario pacis, vel superiori Magistratui infra duodecim dies post talem notitiam habitam, sed volenter potius celauerit hanc suam notitiam: quod quilibet sic offendens multabitur & incarcerabitur ad arbitrium Reginae. Quod si verò pacis Iustitarius eiusmodi, vel superior Magistratus, cui talis dilatio & detectio facta fuerit, infra viginti octo dies sequentes, alicui consiliario regio vel Praesidi, aut Vicepraesidi concilij regij in partibus Septentrionalibus, & Valliae finibus constituti, pro tempore existenti, dictae rei notitiam non intimauerit, quod tunc ille vel illi sic transgrediētes, pro qualibet huiusmodi transgressione ducentas marcas Anglicanas pro multa pendent.

13. Quod Magistratus cui sit proditio, eam testificabitur.

STATVITVR porro auctoritate praedicta, quod Consiliarius privati consilij regij, Praeses, vel Vicepraeses, cui talis informatio exhibita fuerit, tradet parti informanti scedulam manu sua subscriptam, qua testificabitur talem sibi informationem exhibitam fuisse.

14. Quod iuramenta, obligationes, & submissiones, quae fient, in acta publica referentur.

STATVITVR praeterea, quod omnia huiusmodi iuramenta, obligationes, & submissiones, quae vigore huius legis ac statuti fient modo supradicto, referentur in Cancellariam per eos coram quibus facta fuerit, infra

† Haec antiqua periculatorum in haelium lege debentur ut sacerdotibus datur id fecit Magnus Rex apud Bed. li. i. c. 7. Hist. idem L. i. c. n. ius tyrannus, ut habes in vitis SS. martyrii Heemyli Strabonici lan. 13. id ipsum fuerunt Valerianus & Gallienus supp. ut docet martyr. un. S. Stephani Papa. Augul. 5. ubi etiam videtur Uet, quo modo S. Aita. nobile potius martyrii partem voluit, quam Narcisum Episcopum proderatitanti. id dicit potest de S. Albano & alios.

tres



STATVTVM CALVINIANVM

† Inanis est  
hæc seueri-  
tas, quia nul-  
la talia ha-  
bitus facta  
sunt, nec o-  
pinor in po-  
sterum fiet

tres menses post submissionem huiusmodi, † sub  
pœna mulctæ centum librarum monetæ Angli-  
canæ, pro qualibet eiusmodi negligentia; quæ  
mulctæ in vsum Dominiæ Reginæ, hæredum &  
successorum eius applicabitur.

15. *Si quis se submiserit & abiurauerit, con-  
spectum tamen Regina ad decem millia-  
ria fugere debet per decem annos,  
sub pœna capitis.*

† Quid si Re-  
gina inopi-  
nato se mo-  
neat versus  
locum in quo  
degar talis  
submissus &  
abiuratus si  
ne dubio, di-  
ga\* esset qui  
viam quæ  
nis ratione  
amittat, cū  
enim iam  
omiserit.

ETIAM statuitur, vt si persona aliqua, quæ il-  
lo modo quo dictum est, se submiserit ac iura-  
uerit, infra decem annos post talem submissio-  
nem factam, intra decem milliaria accesserit ad  
illum locum in quo sua Maiestas fuerit, absque  
licetia suæ Maiestatis, ad eum specialem finem  
concessa, & per manus propriæ suæ Maiestatis  
subscriptionem contestata: quod tunc & dein-  
ceps † talis persona non gaudebit sua dicta sub-  
missione, nec vllum ex ea beneficium ac-  
cipet, sed quod dicta submissio pla-  
nè irrita & inanis fiet, perinde  
ac si nunquam facta  
fuisset.

ANNO.

ANNO TATIO  
AD STATUTI PRAECE  
DENTIS PRAEFATIONEM  
MENDACIS.

S I M A M I.



V M considero quam manifesta mendacia hoc parlamentum Anglicanum in hac sua praefatione ponat pro totius sequentis crudelitatis fundamento, occurrunt autem verba illa verissima Sancti Augustini: *Frōs hereticorum nō est frons, si hoc vocabulo non corpori mēbrum, sed pudorem intelligamus.* Quid enim est ne possibile, quem quā plura testimonia asserre posse pro re quāpiam probanda ac confirmanda, quam Catholici Angli libris multis editis iam attulerut, pro manifestanda innocentia sacerdotum suorum qui passi sunt: Pro declarando instituto, pro aperiendis causis, ob quas ingressi sunt: pro honestissima ac Apostolica conversatione demonstranda: & pro conuellendis mendacijs ac calumnijs suorum persecutorum: Legat quis libellum. *De persecutione Anglicana: legat Apologiam pro Severiarijs Anglorum: percurrat Vitas duodecim praeclarissimorum martyrum,* quos haeretici minus quam duodecim mensium spatio sustulerunt, euoluat vniuersam illam *Concertationem Treueris excusam* his proximis annis: perpendat denique responsum illud vltimum ad persecutores Anglos contra falso nuncupatam *Iustitiam Britannicam,* & facile cernet verissime dixisse sacrum illum doctorem, nullam esse frontem haereticorum, nullum pudorem. His enim libris qui latine omnes editi sunt, & nonnulli etiam gallice aliisque

Impudentia  
haereticorum.

August. li. 4.  
cont. Iulian.  
cap. 4.

Libri scripti  
ab Anglis in  
Catholicorum  
defensionem.

lin.

## ANNOTATIONES.

linguis, (præter multos præterea Anglicano sermone scriptos) ita manifestè demonstratur illorum sacerdotum integritas, qui hodie ex animarum zelo, Apostolice more in Anglia laborant, ut nihil amplius adiungi possit, nec unquam adhuc aliquid ad hos libros responsum fuit ab hæreticis, nec responderi poterit.

QVIA tamen hoc ipso in loco, non vnus aliquis sed integrum parlamentum, seu senatus Dominorum, nimirum, spiritualium & temporalium (ut ipsi loquuntur) verbo hæc vniuersa negat, contrariumque asserit (dicunt enim satis constare tam ex varijs sacerdotum ipsorum examinationibus, & confessionibus, quam ex multis alijs, medijs, ac probationibus manifestis, illos mitti ac venire in Angliam, non solò ut Regine subditos ab obedientia debita auertant; sed etiam ad concitandam seditionem, rebellionem, ac manifestam hostilitatem, ad personam regine periculum ac totius regni subuersionem) ego repetam hic breuissimè tria solum argumenta, quæ partim ex supradictis illis libris, partim ex hoc ipso statuto collegi, quibus euidentissimè demonstrabitur vniuersam hanc grauem accusationem, factam esse ac calumniam, hæreticorum spiritu dignissimum.

AC primum quidem Argumentum ducetur ab ipsis sacerdotibus, alijsque Catholicis qui hætenus comprehensi, examinati, torti, aut passi sunt: quorum euidentissimum est hæreticos nullum ad huc verbum aut syllabam elicere vel extorquere potuisse ad hanc intentionem rebellionis detegendam, licet omnibus neuis in id incubuerint, omnesque machinas & artes adhibuerint, ut vel illecebris, vel tormentis id efficerent. Si enim talem aliquam confessionem obtinuissent, iam sine dubio eam euulgassent ad aliquam saltem suæ crudelitatis defensionem, vel si aliqua alia manifesta probatione rem comperissent (ut hic mentiuntur) vniuerso iam orbi illam communi-  
cassent, illo saltè ultimo suo libro famoso, quem per

Tria argumēta, quibus refutatur Parliamenti prælatio.

Nulla adhuc confessio vel la vi elici potuit.



ANNOTATIONES.

antiphrasim, *Iustitiam* vocabant *Britannicam*. Sed nihil tale in illo libro fuisse præter meras calumnias cum factis per se, tum luculentissimè ex Catholicorum responso, patuit, Huc etiam accedit, quod sacerdotes omnes, qui occisi ab illis fuerunt, non solum in priuatis examinationibus, in carcere & tormentis, & in iudicijs publicis hanc intentionem rebellionis pernegarunt, verum etiam sententia mortis iam accepta, cum liberi essent ab omni humano iure, immo ad patibulum, in ipso mortis articulo, cum iam iam ex hoc mundo exituri erant, & ad Christi tribunal sistendi, professi ac protestati sunt, se nihil vnquam tale concepisse animis, sed religionis solius causa in patriam rediisse, & pro ea libentissimè lætissimeque mori, in cuius rei signum, & pro Regina, & pro republica, & pro ipsis etiam interfectoribus deuotissimas coram omnibus fundebant preces. Calumnia ergo est & nequissimū mendacium, quod hac in præfatione parlamentum affirmat, ex ipsorum confessionibus alijsque manifestis probationibus rebellionis intentionem manifestatam esse.

ARGUMENTVM alterum sumetur ex ijs quæ persecutores ipsi fecerunt ad tegendam iniquitatem & iniustitiam suam, cum sacerdotes Catholicos occidebant. Primo enim quosdam iam interfectos, post mortem condemnare voluerunt libris editis ad populum, quibus persuadere rationibus nitentur, illos sine dubio fuisse proditores patriæ, & in certam Regine necem vnanimiter conspirasse. Atque hac larua contra viros sanctissimos *Campionum*, *Sberuinum*, & *Brianum* sunt vsi. Deinde verò cum alios septem pari scelere enecare statuisset, nec haberent modum, quo populo satisfacerent (prius enim artificium non illis omnino ex animo successerat) adhibuerunt aliud inuentionis genus, vt scilicet iam condemnatis de prodicione, proponerent articulos quosdam

2.  
Hæreticorū  
acta ces com  
uincunt mē-  
daci.



## ANNOTATIONES.

ōdiosos de Pontificis autoritate in ex communi-  
 candis, deponendisque regibus, ut vel sic ex responsis,  
 quæ sacerdotes dare cōgebantur, arriperent ea quæ  
 magis eos traducere possent ad plebem, id quod fa-  
 ctum est. Producti enim ad supplicij locum, lectisque  
 ad articulos responsis, conuictis publicis exagitati fue-  
 runt, & statim interempti: In ipso tamen momento  
 mortis, oblata fuit illis publicè, non solum vita, venia-  
 que, ac libertas, verum etiam Reginae gratia & amicitia,  
 si quicquam de se confiteri sceleris, vel vlla in re  
 licet valde mediocri, ad ipsorum religionem accedere  
 vellent. Atque hoc ipsum factitatum etiam est cum  
 alijs multis in carcere existentibus: ex quo, luce meri-  
 diana clarius patet, hos viros constantissimos, non ob  
 pœnam prodicionis, sed ob religionis ōdium occisos  
 fuisse.

3.  
 Huius statuti  
 decreta. Sa-  
 cerdotes li-  
 beratâ rebel-  
 lionis suspi-  
 cione.

Tertia probatio, & quidem omnium euidentissima  
 (si tamen quicquam prioribus euidentius dici potest)  
 ex ijs desumatur, quæ hoc in decreto à Dominis no-  
 stris parlämentalibus dicuntur, qui postquam tam gra-  
 uia & atrocia præfati essent contra *Sacerdotes & Iesuitas*  
 de seditione, rebellionem, ac aperta hostilitate, deq; peri-  
 culo magno Maiestatis suæ personæ regalissimæ, de ex-  
 tremâ totius regni perditione, desolatione, ac subuer-  
 sione per ipsos intenta, ac confessionibus proprijs ma-  
 nifestata: cum (inquam) hæc omnia magno verborum  
 sonitu præclamassent, eaque sola tanquam causas gra-  
 uissimas ac necessarias statuissent huius seuerissimæ le-  
 gis condeñdæ, paulò post tanquam sui obliti, ipsis de-  
 cretis ostendunt, non prodicionis metum esse sed reli-  
 gionis, qui impulit illos ad hanc sæuitiam. Eò enim  
 pertinet clausula illa parägraphi secundi, *De ordina-  
 tione ex ritu Romano*. Eò pertinet quod parägrapho quar-  
 to statuitur: *Ut omnis iuuentus Anglicana, quæ in semina-  
 rijs ultramarinis ac collegijs Iesuitarum instituitur, domum  
 redeat sub pena lesæ Maiestatis, ac pseudopiscopis se submit-*

ANNOTATIONES.

*tae, quoad omnes Reginae leges latae vel ferendas de rebus  
 religionis, iuramentumque accipiat contra Pontificem pro Re-  
 ginae auctoritate in causis Ecclesiasticis. Eò etiam pertinet  
 quod paragrapho sexto prohibetur, Ne quis filium suum  
 extra Angliam mistat, nisi cum speciali Reginae licentia ad  
 id absentia Verentibus scilicet haereticis Anglis, ne iu-  
 uenes perspecta Ecclesiae Catholicae facie, statim affi-  
 ciantur. Sed clarissime omnium illud rem euincit, quod  
 paragrapho nono statuitur: *Ut quocumque tempore Sacer-  
 dotes aliqui aut Iesuitae submittere se voluerint Reginae &  
 suis Episcopis in causis religionis, ac iuramentum suscipere  
 contra Pontificem Romanum, liceat eis non solum in Angli-  
 am venire, verum etiam manere, libereque versari sine ulla  
 periculo. Quod nunquam tamen sine dubio permitte-  
 retur, si huius legis conditores vel comperissent, vel  
 existimassent, tam nefarias ipsos prodiciones  
 concepisse, quam in praefatione sua af-  
 firmant. Omnis ergò hæc ab o-  
 dio dissimulato religio-  
 nis proficiscun-  
 tur.**

C 3

ANNO.

# ANNOTATIO AD IP

SA SÆVISSIMA STATV-

TI DECRETA.



*Cruelitas  
horum de-  
cretorum.*

Vanquam non dubitem, quin Chri-  
stianus lector per se considerabit, quã  
ta sit iniquitas & sæuitia huius statuti  
hæreticorũ, volui tamẽ hoc loco quæ  
dã colligere, & vno quasi intuitu con-  
templanda proponere, quibus admo-  
neamur quid sit talium Dominorum regimini subel-  
se. Primũ ergo prætereatur illud tanquã leuius, quod  
omnis iuuetus Angliæ, si ad sacerdotium Ecclesię Ca-  
tholicæ se cõtulerit, eo ipso non solũ patriam verũ et-  
iam patrimoniũ & omnem parentũ in se beneficia-  
tiã amittat. Quod pœna proditoris puniendus sit, si vel  
in patria subsistat, vel ad suos redeat. Quos etiã vni-  
uersos, bonis omnibus euertet, si vel minimũ subsidij  
ab ijs accipiat. Sit hoc inquã leue, & hæretico regimi-  
ni facilẽ concedendũ: illud vero quã est intolerabile  
& planẽ tyrannicũ vt nullus ex vniuerso regno disce-  
dere possit sine speciali Reginæ licentia, perinde ac si  
totum regnũ carcer esset, ac ipsa custos & clauigera?  
Item illud: Si extra Angliam quis fuerit, redire cogatur  
ad fidem Catholicam abiurandam, alioquin vt patriæ  
proditor ac rebellis existimetur? Quid verò illud: si pa-  
ter filiũ, filiusue patrem in Angliã redeuntem, tecto do-  
moue ceperit, etiam si Princeps, aut Par Angliæ fuerit,  
incurrat tamen mortis & infamiæ supplicium: si autem  
frater fratri, vxor marito, aut quiuis alius sibi coniu-  
ctissimo subsidium aliquod aut elemosynam trans-  
mitti curauerit, ex eo solo, bonis omnibus spoliatus in  
perpetua carcerum seruitute vitam finiet?

*Intolerabi-  
lis seruitus.*

Hæc est, ecce seruitus illa tam corporum quam ani-  
morum, quam hæresis Catholicorum imponit ceruici-  
bus ybicunq; dominatum suum figere potest, quam

vti-



ANNOTATIONES.

utinā totius orbis Catholici attentē cōsiderarent, an-  
 misque imprimerent, quo sic alienis malis admoniti,  
 diligentius sibi suisque rebus prouiderent, perpende  
 igitur, (Christiane lector) quid potest in vniuerso mū  
 do calamitosius fingi, aut cogitari, quam homo Catho  
 licus hodierno die in Anglia: Si enim exire inde velit,  
 retinetur: si sibi viuere, nō permittitur, pertrahitur vel  
 ad conciones, vel ad carceres: si hæreticorum ecclesias  
 frequentare detrectet 66. aurei, singulis mensibus, ob  
 eam solum culpam ab eo soluendi sunt: si peccata sua  
 sacerdoti confiteri attentauerit, crimen est læsæ Maie  
 statis. Si sacerdotem adeat, non confessionis causa, sed  
 consilij, eumque non prodat: plectendus est Reginae  
 arbitrio: Si domo eum receperit, supplicium mortis sui  
 sinebit. Si rem quampiam à pontifice benedictam a-  
 pud se retineat: bona omnia amittet simul etiam cum  
 libertate. Si iustus contra pontificem iurare recuset:  
 proditoris pœna plectetur. Infinita ferè talia afferri  
 possent. Sed supra cætera omnia, illud mihi videtur  
 planè barbarum & tamen ridiculum, quod nono para  
 grapho huius statuti requiritur, vt Catholici iurent ac  
 herio promittant, se obedientiam præstituros erga sue  
 Maestatis leges & ordinationes, *tam latas & ordinatas* Ridiculum  
 (sic enim loquitur) *seu in posterum ferendas & ordina*  
*das in causis ad religionē pertinentib.* Quo innuitur, primū  
 religionem Angliæ tertio adhuc loco nondum consti  
 tuisse, sed esse in motu. Deinde, quotiescunque Regina  
 mutare religionem suam voluerit, toties esse obliga  
 tos Catholicos vt idem faciant, quo inep  
 tius aut absurdus nihil potest  
 vel cogitatione  
 fingi.

# DE MISERRIMO MORTIS GENERE QVO

EXTINCTVS EST ILLUSTRISSE-

mus comes de Northumberland. in Ca-

stro Londinenſi menſe Iul. An-

no Dom. 1585.

Dignitas Co-  
mitis de Nor-  
thumberiã.



ENRICVS PERCEY Comes  
*Northumbria*, vulgo de *North-  
berland*, inter primos ac præci-  
puos totius Angliæ principes  
habendus fuit, ſiue ſplendorem  
generis familieque dignitatem  
& antiquitatem, ſpectemus, ſiue etiam Maiorũ  
merita & egregia in rempublicam facta, ſeu de  
nique vires, diuitias, potentiam, ditionis ſuæ  
magnitudinem, ſitum, & opportunitem cõſide-  
remus. *Northumbria* enim prouincia ad *Scoto-  
rum* fines poſita, perpetuis ferè eorum excur-  
ſionibus exercetur, tam pacis quam belli tem-  
poribus. Quo fit, vt illius prouinciæ homines,  
cum audaciõres liberioresque, tum etiam ad  
omnem armorum vſum paratiores, quam Ang-  
liæ reliquarum partium incolæ habeantur.  
Huc accedit, quod *Henricus* ipſe, vir erat ige-  
nio peracuto, animoque grandi & acri, corpo-  
re autem firmo, quod ab ineunte ætate ad om-  
nem exercitationem militarem aſſuefecerat:  
cuius rei vſu & experientia, ceteros omnes re-  
gni Principes ſine controuerſia longiſſimè an-  
tecedebat.

Ha-

NORTHUMBRIÆ.

Habebat præterea copiosam prolem, ( præcipue masculam, ) familiam amplam, affinitates magnas & multiplices, diuitias affluentes. Atulerat enim ad Comitatus hæreditatem non exiguas opes, quas antea parauerat, & insignes ex dote vxoris possessiões. His rebus inimicis suis formidandus videbatur, præsertim ijs qui ad regni Anglicani gubernacula sedebant, inter quos non deerant, qui non solum ipsum, verum etiam vniuersam eius familiam, diuturno odio prosequerantur. Primum itaque cum fratrem natu maiorem sexdecim ferè abhinc annis gladio sustulissent, eo quod arma pro fidei Catholice defensione sumpisset, voluissent quidem & hunc ( licet eo tempore Caluanum ) à fraternæ hæreditatis successione prohibere, nisi manifesta legum Anglicarum vi impedirentur. Itaque, quamuis esset ( vti dixi ) religione illis contentiens, & quamuis opera ipsius contra fratrem pro religione stantè Catholica, vti fuissent: statim tamen rebus ex sententia compositis, minuendum esse hominem existimauerunt, vnde & in carcerem coniecerunt, indeque non nisi post longum tempus, & ingenti multatâ pecunia, exire permiserunt.

Comes Northumbriæ  
terribilissimus  
inimicus.

Cum autem egressus esset, non ei reditus vllus in patriam, aut prouinciam suam borealem permittebatur: sed cancelli quidam meridionales circa Londinum, tanquã carcer amplior & spatiosior, sub Reginę conspectu assignabantur. Exploratores etiam non deerant, qui vniuersas eius actiones obseruarent, renunciarentq; maxime verò, postquam intellectû est religioni iam illum



DE MORTE COMITIS

illum Catholicę fauere, suspitio hæc & odiũ ve-  
hementer creuit. Quo factum est, vt decem hos  
ferè postremos annos, magnas sollicitudines, ti-  
mores, ac pericula trāsegerit, inquirentibus in  
vitam eius potentissimis inimicis, & causas op-  
primendi ex rebus singulis studiosissimè cap-  
tantibus. Superiori autem anno existimâtes se  
iustum satis prætextũ habere, quod Baro quidã  
ei familiaris (*Papettus* nomine) conscientię causa in  
Galliam clam se recepisset, Comitem hunc ite-  
rum in castrum Londinense conijciunt, omni-  
que diligentia, studio, sedulitate, & artificio e-  
laborant, vt aliquid eliciant, quo illum de laesa  
Maiestate conuincerent. Nominatim vero cum  
viro quodam nobili egerunt (cui nomẽ *Throg-  
mortonus*) quem eodem tempore tenebant car-  
cere, quemque postea in religionis odium in-  
dignissimè occiderunt. Hunc inquam, modis  
omnibus ac vijs incitarunt, vt Comitem accusa-  
ret, sed non obtinuerunt. Postea rationes alias  
inierunt, sed non valuerunt.

Quo animaduerso, contulerunt se ad aliam  
quandam asturiam, qua vti solent, tum cum  
illis constitutum est, magnatem aliquem per-  
dere in quem legitimum accusationis præte-  
xtum non habent, & hæc fuit, vt illi concede-  
retur liberior in castro custodia, vxoris et-  
iam certorumque aliquando famulorum per-  
mitteretur accessus. Hoc autem eo fit, primum,  
vt opinio colligatur alicuius indulgentię: de-  
inde etiam vt ex amicorum ingressu amplior  
præbeatur Sycophantis materia, vel accusatio-  
nis nouæ, vel alicuius saltem calumniæ insti-  
tuen.

Baronis Pa-  
petri in Gal-  
liam fuga.

Periculosa  
astutia.

tuendæ. Sed maximè omnium, vt populo hac ratione persuadeatur, hunc hominem ( si occidendus postea fit ) nouorum criminum gravitate id necessario pati, non principis voluntate, cuius animus eo inclinare videbatur, vbi libertate eum donaret nisi iterum peccasset. Hac arte non multis ab hinc annis vsi sunt, in tollendo duce *Norfolciæ* totius Anglię potentissimo & vnico. Et non multo ante ad interimendum *Somerset anum* ducem istorum, hereticorum patres, filijs nequicquam sanctiores, consimilem fraudem adhibuerunt. Vtriq̃ue enim paulo ante mortem, vt eo minus de ruina cogitarent, tanquam breuissimè eos liberaturi, custodias liberiores ac laxiores permiserunt. Et cuius pater fuerat author occidendi primi per huiusmodi artificium, eius filius antesignanus fuisse scitur ad perdendum secundum, & princeps nunc habetur in occisione huius tertij de quo agimus.

Dux Norfolciæ.

Dux Somersetanus.

Comes Lecestre.

Cum hanc ergo fraudem ad tempus aliquod tentassent, nectamè eis adhuc quicquam ex animo succederet, ( erat enim Comes *Northumbria* prudentissimus, nec ignorabat ad quæ finè hæc ei libertas insidiosa permittetur, accidit quiddã, cogitationibus eorũ valde opportunum, quo illud quod inerat desiderijs, effectui mandarent, vel saltem maturarent. Comes enim *Arundelia & Suraye*, filius natu maior supradicti ducis *Norfolciensis*, homo potens diues, & graciosus apud suos, ( est enim totius Anglię nobilitatis primus ac præcipuus ) cum post

Comit's Arundelia fugat.

DE MORTE COMITIS

post multos annos quam in aula regia splendidiſſimè vixerat, non ſolum vitæ, verum etiam fidei eum Calvinianæ vehementer tēderet: cœpit cogitare de fuga, nec enim alia patebat via qua ſe redimeret ab illa ſeruitute. Sed proditus & captusque in mari, retractus eſt, ac Londinum ductus, vbi tam ipſe quam fratres ac patruus, cognati que, famuli, ac amici, in varios carceres coniecti fuerunt. Quarum rerum terrore percuſſa coniunx, ſanctiſſima nobiliſſimaq; femina, quæ plurima antea, cum propter fidem Catholicam, tum etiam ob particulare Regina in ſe odium, pertulerat, puerperio interiit. Conſiliarij autem regij ( præcipue verò *Leceſtrenſis* Comes horum duorum principum capitalis hoſtis) tam opimam prædam in caſſes ſuos incidiſſe vehementer lætati, ſperabant aliquid ex hoc factò *Arundely*, in *Northumbry* caput deriuari poſſe, cum eſſent ambo Catholici, & amicitia magna inter ſe colligati. Sed cum tandem tentatis omnibus nihil aliud contra *Arundelium* euinci poſſe cernerent, quam, quod ſola religionis cauſa exilium voluntarium elegiſſet: alia via rem eſſe aggrediendam exiſtimauerunt. Itaque primum *Northumbry* vita veneno petita Catholici cuiuſdam medici opera, liberata fuiſſe dicitur. Deinde verò poſt paucos dies cū nulla ægritudine teneretur, nec vlla animi inordinata affectione laboraret, inuentus eſt quadam nocte, in lecto ſuo occiſus, ſchlopetto per renes & inguinem exonerato, ſtatimque rumor ingens ſparſus, & magnis clamoribus per vniuerſam Angliam diſſeminatus fuit, hunc principem

Comitiſſa  
Arundeliz  
terrore mor-  
tis.

Comitiſſa Nor-  
thumbriæ  
mors.



NORTHUMBRIÆ.

eo quod Catholicus esset (quorum fidem heretici propterea quod de prædestatione non præsumit, desperationem docere asserunt) & quia multarum proditionum cōscius sibi fuerat, sibi metipsum manu propria mortem conscivisse. Sed prudentiores omnes, facillè hunc fucū leuissimum detexerunt, nemoque est omnium hodie nō solum Catholicōrum, verum etiam protestantiū paulò æquior, qui scelus hoc infame non videat ac detestetur.

Quid enim estne credibile aut ratione cōsentaneum, hunc virum, cuius tanta prudentia animique moderatio, tanta etiam virtus ac fortitudo per vniuersam vitam enituit, nulla nunc præcedente corporis aut animi ægritudine, nulla iudicij perturbatione audita, addo præterea nulla ferè causa timoris relicta, subito in eam desperationem venisse, ut ipsè se interfeceret, et corpus animamque in æternum perderet? Quis hoc credat? præsertim eo tempore, cum iam supra annum in carcere fuerat, sciebatque certissimè inimicos suos nihil quicquam asferre cōtra eum posse, quo ei nocerent. Quid ergo hoc tempore ad facinus tam infandum incitare eum potuit? Hoc (inquam) tempore, cum libertatem magis quam vllum periculum expectare poterat, cū vxoris colloquium, quæ fœminā est prudentissima, ipsique dilectissima, ei permitteretur, cum qua, de rebus domesticis, de possessionibus, de filiis quos plurimos pulcherrimosque habebant, indefinenter tractabat? quid ergo nunc causæ ad se occidendum? quid spei? quid cōmodi? Quæ ratio, aut vtilitas inducere eum

Non esse præbabile Comite voluisse se occideri

## DE MORTE COMITIS

eum potuit ad tantum scelus perpetrandum? Si moris publicæ dedecus timuisse eum fingamus, hoc magis dedecorosum. Si dolores ac poenam, hoc magis poenosum. Si nulla omnino causa interficere se voluit, mirum tamen est, quod genus mortis vel breuius, vel secretius non elegerit quam per sclopetum.

Sed fingamus hominem habuisse voluntatem, exuamus eum omni ratione, omni iudicio, omni mente, omni etiam cogitatione Christiani hominis: supponamus oblitum fuisse Dei hominumque, sui, ac suorum omnium mente captum, animo desperatum, traditum denique in reprobum sensum, ita ut hoc flagitium vehementissimè perciperet: affirmo tamen, & euidentissimè confirmo, nulla unquam ratione hoc eum in carcere perficere potuisse. Quod ut manifestius appareat, scire debet prudens lector, quod in castro Londinensi, præter custodias, excubias vigilasque ordinarias totius castri, ac singularum eius partium, quæ ingredientibus egredientibusque perlustrant, examinant, ac periculantur, unicuique incluso ab graue aliquod crimine, assignatur custos particularis, qui eum separato carcere constitutum obseruet; Magnati vero ac Principi, præter hunc, etiam duo alij ex satellitio Reginae constituuntur, qui eodem cum illo cubiculo dormiant, omnibusque rebus quas agit, audit, vel loquitur, perpetuo interfint, ita ut nulla res vel minima ad eum inferri aut ab illo efferri ad alios possint nisi ipsis conscijs.

Comitem  
non potuisse  
se interficere  
in carcere

His ita positis, quæro, quem ad modum fuerit omnino possibile, ut *Northumbriæ* qui omnium hominum diligentissimè custodiebatur, negotium hoc ita transigeret, ut hominem inueniret, qui sclopettum pararet, inferret, traderet, traditumque, ipse secretum seruaret in scijs omnibus donec tandem ad se interficiendum adhiberet? Pono hîc multa simul quorum tamen ferè singula per se ac separatim sunt impossibilia. Primum enim cum hic princeps in carcere se constitutum cerneret spoliatû suis ac stipatum alijs, quos sibi ad explorandum adiunctos sciebat (nam quod de vxoris famulorû ùe dictum est accessu, id nõ nisi rarò ac istis semper audientibus ac inspectantibus fiebat,) quando ausus fuisset Comes quicquã similibus hominib. de sclopetto parando aut inferèdo loqui, cum non ignorarit quantum ei periculi ex sola huius rei mentione creari possit? Vel si hominem tam imprudentem ac temerarium faciamus, ut hoc auderet: quis tamen istorû exploratorum rê vnquam celasset, aut quis potius euestigio non aperuisset Magistratui, tum propter spè premij, si primus proderet: tum etiã ob metum grauissimæ castigationis, si postea tacuisse per alios conuinceretur?

Sed progrediamur adhuc vltcrius, & fingamus omnes quidem tacere voluisse: in hoc tamen negotio horum alterum necessario statuendum erit, ut ille cui Comes mentem suam aperuit, vel amicus sibi vel alienus extiterit. Si amicus, nõquam (sine dubio) permisisset sibi persuaderi, ut sclopettû adferret, ne Comitum

Improbabilis.

Dilectus ne cessari.

ea re



DE MORTAE COMITIS

ea re perderet. Nam vel hoc ipsum scelus, quod nunc commissum esse dicunt, suspicatus fuisset vel aliquid saltem tale contra alios eum machinari, quod tam ipsi quam Comiti exitio futurum erat. Si inimicus, hæreticus, aut alienus fuisset ( quod fuisse sane necessario ferè putandum est, cum alij ad eiusmodi hominis custodiam nunquam assignarentur ) multò minus profecto videri debet probabile, voluisse eum voluntatem Comitis implere, vel mentionem eius rei potuisse sustinere, cum non nisi ad pessimum aliquem finem, nocendi vel Præfecto arcis, vel Consiliarijs Reginae ( qui examinandi causa subinde ventitabant ) vel sibi ipsi à quo petebatur sclopettum, hoc peti, existimare debuit. Qualescunq̄ue autem fuerint, à quibus hoc petebatur & quæcunq̄ue fuisset petentis intentio, hoc saltem eis ignotum esse non potuit, rem summi esse periculi, ne tentari quidem posse, absque manifestissimo vitæ fortunarumque omnium discrimine.

Circumstantiæ  
enidæres.

His adijciatur, quod sclopettum inferri per omnes castri custodias, sic ut non aduerteretur: in manus Comiti sic tradi, ut non cerneretur: ita cubiculo seruari, ut non reperiretur: sic denique adhiberi ad meditatam scelus perficiendum, ut ab astantibus & explorantibus non impediretur: ab omni planè ratione est alienum. Sed considerentur deinde circumstantiæ reliquæ; odium Reginae notissimum in hunc Comitem: inimicorum eius apud illâ potètia: maximè

† Vide librũ  
de vita eius  
Anglicè

verò *Lecestrensis* Comitis, qui multis iam annis *Northbrj* sanguini insidiatus fuisse † qui  
que

que summam occidentorum hominum peritiam, experientia multiplici adeptus esse dicitur. Considerentur occasio & opportunitas, ex capto iam *Arundelio* cuius vires antea ad hunc vindicandum timeri poterant. Cogitentur timores hereticis eo tempore incusi: ex tumultibus Gallicis, & quod publicauerant hunc Comitem amicum fuisse magnum ducis *Gustani*: teneatur memoria quod paulo ante homicidium viri illi qui Comiti assistebant in cubiculo, de industria mutati fuerint, & quod post mortem non inueniatur, qui scelopetrum intulerit, aut facti fuerit cōscius. Cogitetur, vt ante vita eius falsorum testium sollicitatione, veneni portione alijsque modis tentata fuerint: hæc inquam, omnia si considerentur, & cum prudentia, fortitudine, constantia, cæterisque Comitibus notissimis virtutibus componantur, facile cuius manifestum fiet, vtrum sit probabilius hunc Comitem à semetipso, vel ab aduersarijs, fuisse interfectum.

Gallicæ alijs  
que linguæ  
editum.

A 203  
in 211  
in 212  
in 213  
in 214  
in 215

Instructio ad  
aliam regionem prin-  
cipis.

in 216  
in 217  
in 218  
in 219

In re itaque per se manifestissima non est quod amplius rationibus contendamus: Hoc solum adijciam ad reliquorum omnium nobilitatem ac Principum, qui vbiuis sunt gentium admonitionem: Anglicanam nobilitatem, si qua vnquam hominum conditio, miserrimam mihi hodierno die videri, qua hæreseos quadam fraudulenta tyrannide, in eam seruitutem sit redacta, vt paucorum nouorum hominum dominationi subiecta, non solum sit omnium dignitate ac autoritate in regimine domestico exclusa, verum etiam cuiusque istorum, cupiditati, &

DE MORTE COMITIS

oppressioni pro libitu sit obnoxia. Hoc perspe-  
ctum iam diu fuit in multis, qui perierunt, &  
hoc quotidie cernitur in plurimis; qui vel foris  
exulant, vel domi feruiunt, ac periclitantur.  
Atque huius rei causa cum à prudentioribus  
quæritur, nonnulla soleta assignari ex infalli-  
bili Dei iustitia iudicioque desumpta. Cum  
enim per solam ferè nobilitatem hæresis iam  
bis in *Angliam* sit inducta, non mirum si nobi-  
litas præcipuè ex ea castigetur. Ac primum  
quidem tempore *Edouardi* regis *Henrici* filii pec-  
catum hoc quodammodo excusari posse videat-  
ur ex ignorantione quadam malorum, quæ hæ-  
resim solent natura sua concomitari. Erat enim  
tunc valde noua vultuque pulchella, quippe  
quæ ab incude *Zuinglij*, post officinam *Lutheri*,  
recentissimè fuerat egressa, nec facile detege-  
bat eam calamitatum ac miseriarum manticam,  
quam à tergo ferebat. Quanquã profecto si verè  
prudentes fuissent *Anglia* Principes, potuis-  
sent ex ijs quæ viderât *Henrici* tẽpore ex schis-  
mate successisse (quod solum præludium ad hæ-  
resim fuerat,) coniecturã facere, quid deinceps  
expectare debuissêt. Viderât enim authores pri-  
mos inducendi schismatis, *VVulsaum* nimirum  
*Crumvellum*, & ipsam *Annam Bolenam* Regina  
istius matrem, omnes miserè perijsse, &, po-  
steriores quidem duos quorum altera vxor-  
is, amici intimi alter loco fuerat, per ipsum  
Ecclesiæ caput monstruosum quod sibi fecerant,  
capita sua paulo postea perdidisse, & ipsum  
quidem caput *Henricum* ita fuisse semper de-

Cur Anglica  
nã nobilitas  
tantopere ho-  
die affigat-  
tur.

VVulsaum  
Crumvell-  
lus.  
Anna Role-  
na.

in capite hæretici sceleris, & non minus



inceps tum capite tū corde perturbatum & afflic-  
tum, ut vniuerso mundo euentissimè osten-  
derit, se damnabiliter eo primo suo facto pecca-  
uiffe.

Hæc viderat quidem nobilitas *Henrici*  
tempore, præter hæc etiam aliud quiddam, quo  
maximè moueri debuit, antiquioris nimirum  
nobilitatis familias post inductum schisma vel  
excisas, vel afflictas, vel contemptas ferè omnes  
ab *Henrico* fuisse. Sed demus ista animaduersa  
nō fuisse, excusemus etiā quod *Edouardi* tem-  
pore cogitata non fuerint: Certè tamen, *Angli-  
cana* nobilitas nullam videtur habere pos-  
se excusationem, quod post *Henrici Edouar-  
di*, & *Maria* temporum experientiam, tam fa-  
cile iterum istius regni, *Elizabethæ* initio here-  
sim iam cognitam atque detectam admiserit.  
Habebat enim ante oculos, non solum illa que  
*Henrici* temporibus ex schismate contigerant  
verum etiam que regnante *Edouardo*, ex here-  
si Zuingliana sunt cōsecuta, videlicet totius reg-  
ni perturbationes maximas, & eorum qui hære-  
sim induxerant calamitates singulares. Tota .n.  
domus *Semeyra* à qua fere sola, hæc pestis intro-  
ducta, nutrita, atq; defesa fuit, iusto Dei iudicio  
paulò post cōcidit à se ipsa cōcisa. Nā *Edouardus*  
*Semeyrus* Dux *Somersetanus*, Regis auuncu-  
lus regniq; Protector, qui primus *Eucerum*  
*Petrumq;* *Martyrē* apostatam ad inficiēdos An-  
glos ex Germania euocauerat, postquam fra-  
trem suum germanum totius regni Admirali-  
um capite plecti fecisset: ipse non multis

Mira Dei pu-  
nitio in he-  
resis patro-  
nos.

Domus *Se-  
meyra*.

DE MORTE COMITIS

deinde mensibus, capite etiam plexus ab hæreticis fuit, & Rex *Edouardus* cuius nomine fiebant omnia, misere deinceps periit, duoque duces maximi, *Suffolsiensis* ac *Northumberlandius* qui eisdem hæresi ambitiosissimè patrocinati fuerint supplicio publico affecti fuerunt, inspectante, nec quicquam commiserente populo, eo quod suarum pessimarum actionum non nisi dignos perciperent fructus.

Rex *Edouardus*.

Duces *Suffolcix* & *Northumbriæ*.

Peccatū magnum Nobilitatis Anglicanæ.

Hæc quidem eo tempore, hisque omnibus non obstantibus, cum primo anno huius Regiæ consulta retur iterum de mutanda atque abroganda religione Catholica, quanquam exempla tam recentia ante oculos versarentur, & uniuersus clerus constantissimè resisteret, Nobilitas tamen (hoc est Magnatum sæcularium pars maior, licet nonnulli etiam ex hoc ordine vehementer repugnarent) hæreticorum lenocinijs ac fraudibus decepta, consensit in religionis Catholicæ mutationem, suosque Pastores ac Patres, quos reuereri, sequi, ac tueri debuerat, (sanctissimos nimirum ac doctissimos Episcopos) iniquissimè prodidit ac dereliquit, permittens, ut se inspectante, viri innocentissimi locis suis iniustissimè mouerentur, ac omni dignitate graduque deiecerentur, custodijs carceribusque indignissimè mandarentur. Quo maximo peccato, tantopere credendum est diuinam Maiestatem fuisse offensam, ut in uniuersum illum ordinem effusa sit deinceps grauissima, quam videmus, cælestis vindicta. Ac primus quidem præcipuusque totius ordinis, qui autoritate sua præcipue hoc

hoc effecit, Dux fuit *Norfolciensis*, qui paucis post annis, ab illis ipsis quibus ea in re gratificatus fuerat, capite fuit pererridiculè multatus: cuius etiam nunc filius ac hæres carceribus tenetur. Socer autem, qui illum ad hoc induxerat, ambitione quadam potiundi Reginae matrimonio sibi promisso, despectus postea ac illusus, æreque alieno ac infamia exhaustus, contemptibilissimè moritur. Cætera Nobilitas, quid exinde sit passa, & quid in posterum passura videatur, nisi Deus misertus fuerit, vniuersus orbis ferè videt ac loquitur. Hinc ergo discant cæterorum regnorum ac prouinciarum Magnates, quid sit paternam fidem ac religionem non defendere & hæreseos infectioni ab initio statim nõ resistere.

Dux Norfolciensis.

Comes Arundeliius senior

EXCERPTA QUÆ  
DAM EX LITERIS LONDINI  
IN ANGLIA SCRIPTIS,  
30. IULII ANNI  
1585.

**M**IROR te iterum iam petere libellum de morte *Gulielmi Parry*: audio exemplaria per *Galiam & Belgium* esse frequentissima, & nos quidem hoc loco sic abundamus libellis nouis, quotidie fere editis, vt veterum cito obliuiscamur. Nostrates enim existimant nullum hominem



nem satis esse occisum, nisi post mortem libro aliquo impresso illum condemnent, tantum sibi fidei haberi putant à plebe, præsertim si negotium ad Catholicos pertineat. Itaque cum multos necant, multos edi libellos necesse est. Quanquam ad istum Parry, quod attineat, non opus erat (opinor) libello famoso ad hominem condemnandum, postquam suspendèrant. Vix enim multis annis meliori successu dignus est habitus, eo quod cum se Catholicum opinione aliquando profiteretur, pecunia tamè se passus est conduci, ut exploratorem ageret contra Catholicos in partibus ultramarinis. Et si Regina consiliarij, omnes exploratores suos eadem mercede remunerare voluerint, (quod subindè faciunt) nullus, opinor, Catholicorum succensèbit. De proposito verò occidendi Regiam, quod eum insimulant, nullam in partem quicquam affirmabo. aliquando enim terui ambitiosi cum malè eis soluitur, vindictam cogitant: sed tamen hæc cantilena iam est tam trita, ut omnium aures ad eam obsurdescant.

Duo Catholicici interfecti propter fidem.

Decimo texto huius mensis interfecti fuerunt Londini duo, propter fidem Catholicam, quorum vnus sacerdos, cui nomen fuit *Alford*; alter vero Artifex, hoc est, Tinctor quidam Londinensis. Sacerdoti obiectum fuit, quod anno superiori libros quosdam Anglicè scriptos in reipositionem alterius libri à protestantibus editi cuius titulus fuerat, *Iustitia Britannica*, in Angliam intulisset: Artifici vero, quod eosdem libros recepisset, & quod testimonium in sacerdotem

dotem recusasset ferre. Ambo supplicium summa  
 patientia & constantia sustinuerunt, & magna  
 hominum ædificatione. De Comite *Nor-*  
*thumbria* in carcere occiso, iam vos istic audi-  
 uisse scio. Res est magnæ crudelitatis, & pessimi  
 exempli, & omnes hic tam protestantes, quã aliij  
 factû barbarum detestatur. Spargitur rumor de  
 Comite *Arundelio*, quod ipse etiam in carcere  
 insanire iam incipiat, quæ multis præfagitio sa-  
 tis manifesta videtur, ipsum fore pari modo suo  
 tempore tollendum.

Comitis Nor-  
 thumbria  
 morte.

Commissarij *Hollandici* singulari honore  
 accepti fuerunt: sed quid tandem subsidij con-  
 secuturi sint, ignoratur. Interim illi bonis ver-  
 bis, lautis epulis, & ceruisia copiosa sustentatur  
 Nostris non deest valde bona voluntas: sed est  
 in *Helperijs* partibus, vir quidã paruus, cuius ma-  
 gna crumena non parum hic timetur. Vnde iã  
 ad eam minuendam, *Dracus* noster magnis se  
 parat viribus. Sunt ex amicis priuatis qui iter  
 hoc ei dissuadent, verentes ne si forte caperetur  
 præterita etiam furta refundere cogeretur.  
 Sed prioris lucri odor vehementer illû aliosq; at-  
 trahit. Nonnulli etiam excitantur felici succe-  
 ssu cuiusdam nauis *Londinensis*, quæ *Rosa prima*  
 vocatur: quam cum 97. Hispani ex mandato re-  
 gis nuper ingredi voluissent, in portu quo-  
 dam *Hispanico*, non solum repulsi ab *Anglis*  
 fuerunt, verum etiam interfecti nonnulli, &  
 ipse *Magistratus* (qui *Corregidor* dicitur) si-  
 mul cum mandato sui regis in *Angliam* est sub-  
 latus. De hoc stratagemate valde hic apud nos

Comissarij  
 Hollandici.

173 philipp 27

Dracus pira-  
 ta qui qua-  
 tuor ab hinc  
 annis, mag-  
 nã auri vim  
 ex dijs fa-  
 ratus est

triumphatur, idque in contemptum Hispani-  
 carum virium: & liber impressus ea de re, autho-  
 ritate publica diuulgatus legitur. Alij tamen  
 qui sunt prudentiores, existimant non esse ne-  
 cessarium tantos animos funere ex hoc euen-  
 tu, eo quod discrimen non exiguum interfit  
 inter armatos Hispaniæ milites, atque iner-  
 mes *Corregidoris* famulos: Inseruit tamen &  
 hoc ad aliquos animandos. Et nostri Consilia-  
 rij tam diligentes in ea re sunt, vt nihil omit-  
 tant, quod vlla ratione eo possit pertinere.  
 Nescio tamen an hoc satis erit, ad multos com-  
 mouendos, vt libenter proficiantur ad subsi-  
 dium *Antuerpiensium*, † qui antea enim eo sunt  
 profecti, non eundem habuerunt successum cō-  
 tra Principis *Parmensis* milites quem isti nau-  
 tæ in Hispania contra *Corregidoris* famulos.  
 Urgetur tamen res vehementer, & quidem vt  
 negotium geratur publice: sic sentiunt *Lece-  
 strius*, *Walsinghamus*, ceterique istius factio-  
 nis homines. *Cicilius* autem reclamatione omni-  
 no, & mauult rem secreto fieri, sicut hactenus  
 factum est. Cuius sententiam multi tandem  
 præualentiam existimant, tum, quod hac ratio-  
 ne parceretur sumptibus, sicut etiam amicitia,  
 quæ (vt nostis) intercedit magna inter regem  
 Catholicum & Reginam nostram defensionem  
 fidei: tum etiam, quia hoc ipso tempore auxilia  
 petuntur instantissime ex Gallia, cuius regni E-  
 uangelicis, satis cognitum est Reginam nostram  
 quam matrem communem, non minus bene vel-  
 le quam Hollandicis: sed tamen difficultas ma-  
 gna

† Angli mili-  
 tes occisi om-  
 nes prope  
 Antuerpiam.

*Lecestrius*,  
*Walsinghamus*.

*Cicilius*.



gna est, ne vtrique parti satis esse non possit.  
 Pax Gallica nuper nunciata valde nostros  
 Protestantes angit, & regi Christianissimo ma-  
 ledicatur hic vbi que: non enim potest illis per-  
 suaderi, quin hæc omnia ex composito inter ip-  
 sum & suos principes ab initio vsque cogitata  
 ac gesta fuerint. Iam aperte dicunt nihil vn-  
 quam boni euangelicis sperandum esse ex Pa-  
 lesiana familia. Et timere se fingunt alterum  
 S. Bartholomæi diem in Gallia futurum. Om-  
 nem tamen spem ponunt in prudentia Regis  
 Nauarra, vt ad tempus dissimulet, ne hoc vlti-  
 mo edicto à regni successione excludatur, & bel-  
 lo etiã petatur. Iam casus est apud illos resoluti-  
 ssimus, licere homini, præsertim principi in cau-  
 sa fidei ad tempus dissimulare, sicut Reigna no-  
 stra Maria temporibus prudentissime fecit, &  
 ea prudentia lucrata est regnum. Item facere  
 Nauarra regem vehementer cupiunt, & sperant  
 se persuasuros. Vellent enim illa quatuor ver-  
 ba, perpetuo ipsius memoriæ inhærere, quæ  
 Ludouicus Rex vndecimus tantopere cupiuit  
 suum filium addiscere *Nescit regnare, qui nes-  
 cit dissimulare*. Interim tamen parantur quedã  
 auxilia, quæ *Rupellam* mittantur. Et strenue  
 tractatur, vt foedus quoddam vniuersale inea-  
 tur inter omnes principes, quos appellant Euã-  
 gelicos, cuius executor *Rex scotia* declaretur  
 in partibus Borealibus, *Nauarrus* verò in Me-  
 ridionalibus. Sed duo se offerunt impedimenta  
 grauia. Primum quidem diuersitas opinionum  
 in religionis professione, quæ diuersitatem et-

Pax Gallica.

Protestantes  
 Angli volūt  
 regem Nauar-  
 re dissimula-  
 re: sed Gallii  
 non ita scru-  
 tiunt.

iam voluntatum & iudiciorum in rebus agen-  
dis nutrit. Secundum vero pecuniarum inopia,  
qua Dei permissione Euangelici hodie supra o-  
nes alios principes laborant. Si tamen *Draui*  
Hispanicam classem ex Indijs venientem hoc  
anno ad nos adduxerit, huic incommodo mag-  
na ex parte subuenietur.

Mors Gre-  
gorij.  
Mortio Sixti

Mortis *Gregarij* 13. nuncius magnis applau-  
sibus acceptus hic fuit. Sed tam subita ac cōcors  
*Sixti quinti* electio, prioris gaudij temperauit  
exuberantiam. Non placebat quod fuisset Mo-  
nachus, cum illud nomen apud nostros sit val-  
de odiosum. Minus placebat, quod *quinti* appel-  
lationem haberet, renouabat enim memoriam  
Pontificis *Pij Quinti*, qui primus anathema in  
Reginam pronunciauit. Minimè omnium place-  
bat, quod esset Romanus Pōtifex, qui antea quā  
liscunq̄e fuisset, ad illam tamen auctoritatem  
ac Cathedram euectus, non poterat huic nostro  
statui non præsūmi inimicus. Audistis aliquan-  
do *Pij Quinti* temporibus, Ministros aliquos  
ad plebem concionatos fuisse Reginae Maiesta-  
tem singulari sua bonitate commotam, permi-  
sisse *Pio* tāquam seni & fere decrepito, vt sua  
vita (quæ multum non erat duratura) pontifica-  
tum gereret. Sed tamen ordinasse ac prouidisse,  
vt post illum vnum alij Papæ non essent futuri.  
Iam tamen post illum, *Gregorium* pertulit &  
multi præterea dubitant, quod etiam erit neces-  
se hunc *Sixtum* perferre.

150/13 69

Miculum.

Res huius regni eodem ferè loco sunt, quo  
antea: nunquam tamē opinor peiori: omnia sus-  
pi-

picionibus ac timoribus sunt plena. Nec quisquam hominum securus sibi esse videtur in eo quod possidet. Quod tam multi fratres Euangelici huc indies fugiant ex Gallia, duplici ratione non probatur. Primū, quod ex Gallia exeant, Euangeliumque deferant: deindè etiam quod tanta multitudine huc appellant. Dubitatur enim, ne sub pratextu religionis, ad alios etiam fines nonnulli ingrediantur. † Vrsus maior dominatur aquiloni, ac nuper instinc exagitatus non solum fremit, verum etiam furit, nectot morsibus læsus, se recipit, sed procurrit potius in præcipitium. Quid erit quæso tutum ab eius furore, cum iam vngues in † Lunam ipsam

*Ecclesius  
cuius arma  
sunt vrsus in  
quem liber  
nuper editus  
ecernitur.  
Luna insignis  
Comitis No-  
thumbrie.*

defixerit? lubeo vos omnes valere,  
maximè verò meum hospi-

tem *Rodericum. Lon-*

dini 30. Iulij

1585.

Vestrum omnium amantissimus.

G. T.

FINIS.



Faint, illegible text at the top of the page, possibly bleed-through from the reverse side.

Second section of faint, illegible text, appearing as a list or series of entries.

Section header or title, faintly visible in the middle of the page.

Third section of faint, illegible text, continuing the list or entries.


Section header or title, faintly visible in the lower middle of the page.


Small, faint text or number centered below the section header.

Fourth section of faint, illegible text, occupying the lower half of the page.


Small, faint text or number centered near the bottom of the page.











mē



